



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 7. Oportet-ne ut sacrificium externum conjunctum sit cum sacrificio interno?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

De Sacrificio Missæ. Cap. I. 221

ut ait S. Augustinus his verbis: *Hujus veri Sacrificii multiplicia, variaque signa erant Sacrificia prisca sanctorum, cum hoc unum per multa figuraretur*: Atqui hoc Divinum Sacrificium impletum est per destructionem, & immutationem pretiosæ victimæ quæ oblata fuit; oportebat igitur, ut Sacrificia perficerentur per mortem, & destructionem diversarum oblationum quæ Deo in Sacrificio offerebantur; cumque Sacrificium, quod in nostris offertur Altaribus sit repræsentatio & innovatio Sacrificii in Cruce oblati, *Sola offerendi ratione diversa*, ut ait Concilium Tridentinum, perfici debet per destructionem victimæ oblatae.

S. Aug. lib. 10. de Civitate Dei. cap. 20.

Sess. 22. De Sacrificio Missæ. cap. 1.

Quæst. 7. Oportet-ne Sacrificium externum conjunctum esse cum Sacrificio interno?

Resp. Ut Sacrificium integrum sit, & perfectum, esse debet internum simul, & externum: offerre Deo Sacrificium externum sine interno, est offerre signum mendax, & umbram sine corpore, & eodem modo se gerere, ac illi qui multa promittunt sine intentione illa adimplendi, contra illud quod dicitur Joannis

cap. 4. *Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in Spiritu & veritate oportet adorare.*

D. Aug. de Civitate Dei. lib. 10. cap. 4.

Hic est Dei cultus, ait Divus Augustinus, hæc vera religio, hæc vera pietas, hæc tantum

Deo debita servitus. Et idem in Psalmum 77. ait; Hoc enim colitur quod diligitur; unde quia Deus rebus omnibus major, & melior invenitur, plus omnibus diligendus est ut colatur, nec colitur ille nisi amando.

Quæst. 8. Quotuplex est Sacrificium?

Resp. Quadruplex. Primum est antonomastice Sacrificium Patriæ, aut adorationis seu Latreuticum, quo agnoscimus supremum Dei in omnes creaturas dominium; & hoc Sacri-